Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



bene facere non prohibem. Sic igitur in hys
solemnitatibus michi opis agere debemus excep
tis hys que ad uestendum pertinent ut nullo
saltem die suo alienam carcat. Quod autem
aut et obstinabitis a cima quasi sincere et caste
nos uiuere uelit parere insinuat.

Et eadem etiam ipsa die educam exercitum
uestrum de terra egipti. et custodietis diem
istum in generationes uestras ritu perpetuo.
Ipsum enim eadem que dicta agnus nostrum est immo
latus infernus expiatus est et uniuersus
mundus de diabolo fruitur liberatus. Quo
circa omni tempore ritu perpetuo hunc diem solen
nem habet ecc. Primo mense quartadecima
die ad uespam comedetis azima usque ad die
em uicesimam primam eiusdem mensis ad uespe.
Hec autem computatio nisi secundum hebreos ac
cipiatur stare non potest. Sepe enim hec solenni
tas sic eorum primum mensem transit ut penitus
in fine uesperum aprilis contineat cum tamen secun
dum hebreos nunquam nisi quarta decima die mensis p
mi celebretur. Post quam celebrationem mox prio
die dominico uetera quoque celebratio sequitur.

Septem diebus fermentatum non inuenietur in
domibus uestris et erit. Confirmatio est
eorum que dicta sunt. Que quidem iterum re
petit ut firmissime memorie commendentur.

Dixit autem moyses omnis senioribus filio
rum israel et dixit ad eos. Este tollentes a
uinal per familias uestras immolate phase. fi
asculumque ysopi tingite in sanguine qui est in
limine et aspergite ex eo superliminare et utrum
que postem. Nullus uestrum egrediatur ostium domus
suae usque mane. De hac autem aetate qui tolla
tur superius dictum est. Restat ut de ysopo di
camus. Dicit enim psalmista. Asperges me ysopo et
mundabor. Ysopus enim herba est in petra nascens.
petra autem dicit apostolus erat christus. Nascitur igitur ysopus
in christo. Una herba ysopus que in christo nascitur.
Et merito quidem nulla herba tangit sanguinem
christi nisi ea que nascitur in christo. Sola enim ecclesia
in christo nascitur et renascitur. Sola ecclesia in christo fun
datur. Hec est igitur ysopus que tangit et stur
git sanguinem christi. Unde non immerito fasciculus
dicitur quia multos in se et ligat et colligit.
Hic igitur fasciculus christi sanguine tingitur. christi sa
guine inebriatur. christi sanguine superliminare
et utrumque postem aspergitur quia sancta ecclesia et intern
et exterius hec sanguine munitur. Est enim in
limine. idest in introitu domus in ore iudei

unde sup utrumque poste aspersus et aliam et cor
pus sanctificat. Quod autem subiuncit ut nullus us
mane ostium domus egrediatur ut fideliter usque in
finem in sancta ecclesia habitem significare uidetur.
Ferta quam qui inuentus fuerit simul cum egip
tiis domino interficietur.

Factum est autem in noctis medio. percussit do
minus omne primogenitum in terra egipti a primo
genito pharaonis qui sedebat in solio eius
usque ad primogenitum captiue que erat in car
cere et omne primogenitum iumentorum. Unde cla
mor magnus ortus est in egipto. Vocauitque
pharao moyse et aaron nocte air. Surgite sacri
ficate domino sicut dixistis et euntes benedicite
michi. Quid enim per primogenitum pharao
nis nisi illud primum et maximum peccatum quo
in paradiso primus homo deceptus est intelligamus.
Quod quia magnam stragem dedit mundo
ideo magno suscepto triumpho qui ire in solio
pharaonis sedere describitur. Captiuam uero que
in carcere erat multitudinem animarum que in infeno
per peccatum originale tenebantur intelligere de
bemus. Ut uero panem illum que est ad molam
omnem hominum multitudinem huic labori osce
ntem fuisse et qui molam dicunt mistum et anno
tam noluisse intelligere uoluit. Horum autem
omnium primogenita christus interemit quia non so
lum uiuentium uerumetiam mortuorum et non dum
natorum originalia peccata suo sanguine mun
dans omnia deo patri reconciliauit. Deoque ma
ximus clamor fit in egipto diabolo cum omni
militia sua lugente. atque de tanta sibi erep
ta preda dolente. iamque in seorum animarum nulla
spem habente. Quod autem pharao ait euntes
benedicite mihi hoc est intelligere. Euntes ab
hac periculo me liberate. Vrgebantque egipti
plus israel de terra egipti exire uelociter. dicentes
omnes morientur.

Tulit igitur populus conspersam farinam ante quam
fermentaretur et ligans in pallyis posuit
super humeros suos. Et peterunt ab egiptiis
uasa argentea et aurea et uestem plimam. De
dit autem dominus illis gratiam coram egiptiis ut co
modarent eis. et spoliauerunt egiptum. Popu
lus enim egrediens de egipto farinam incorruptam
et sine fermento portat quam pascha celebraturi
nomis sincerisque abis uti debemus. Nam quia
in hac festiuitate de uetere testamento in nouum
transferimur omnia nobis sincera noua et incor
rupta esse debent. Vt aqua baptismatis et